beneficijs dei indignũ admirãs ait.
Domine quid eſt hõ q tanti pendis
tanti exiſtimas q innotuiſti ei.id eſt.q
ei p aſſumptã hũanitatẽ inoteſceres diui
nitatẽ q̃ pſe viliſſim⁹ erat aut fili⁹ hoĩs
quid eſt q reputas eũ.i.q eum tanti fa
cis ⁊ tanti p̃cij vt p eo filiũ tuũ vnigenituz
des. ¶ Ideo dico q̃d eſt homo.q Ho
mo ſimilis vanitati fact⁹ eſt peccan
do.id ẽ.alicui vane ⁊ cito trãſiture rei ſilis
factus dicit q creatus fuit in pfectõe ⁊ ſta
bilitate.et ita ſilis veritati.ſed violans obe
dientiã fecit ſeipſuz vanũ.mortalẽ ⁊ trãſito
rium vnde dies vite ei⁹ ſicut vmbra
pretereunt. ¶ Domine ex quo nõ ob
ſtante q homo ſimil' fact⁹ ſit vanitati.tua
ſapientia diſpoſuit redimere eũ ouem erra
bundã que ſanari nõ poteſt niſi tuis hũe
ris reportetur. precor Inclia altitudĩez
maieſtatis tue non locũ mutãdo ſz de
ſcende noſtre hũanitatis formã ſumẽdo.
redimat̃ homo q niſi inclinata diuitate fie
ri nõ poteſt.tange montes.i.potentes
et ſupbos hui⁹ vite.grãm tuã interi⁹ infun
dendo et fumigabũt crebris ſuſpirijs et
lacrimis ſuoꝝ pctõꝝ ꝯpũctione ꝯmoti.
¶ Tange montes ⁊ etiã Fulgura choru
ſcationẽ.i.oſtende tue virtutis potentiaz
crebris miraclis chorũſcando et diſſipa
bis ſeu diſſolues ꝯſpiratõnes eoꝝ emitte
per aplõs tuos ſagittas tuas.id eſt.ver
ba tua que corda hoĩm tranſfigũt et tur
babis eoſ ad penitentiã.
Deinde prop̃ha aduentum xpĩ precatur ⁊
et ad prẽm verbũ ꝯuertens ait.vt hec fiãt
Emitte filiũ tuum de ſublimitate in
qua eſt tecũ ⁊ induat carnẽ in q̃ viſibil' ap
reat in mũdo et eripe de ptãte dyaboli et
libera me de aquis mľtis.id ẽ.de mũ
datõne maloꝝ.et de ptãte filioꝝ.qui de
aduerſo patre dyabolo nati ſunt.
¶ Ideo eripe me ab eis q̃niã ipſi ſunt. Quo
ruz os locutũ ẽ ſuperbiã iactant ſe hrẽ
ſcientiã.quoꝝ tamẽ ſcientia vana ẽ et ope
ra eorũ opera iniquitatis.
¶ Eripe dico quod ſi feceris Deus can
ticum nouũ cantabo tibi.id eſt.p filij
tui incarnatõe grãs agaz.et in obſeruã
tione decem preceptoꝝ legis tibi de
ſeruiam tibi pſallam tibi gaudebo.tibi
cantabo.
Cantabo tibi etiam Qui das ſalutem
gratie regib⁹.id eſt.fidelibus qui bene
regunt ſeipſos qui redemiſti Dauid
ſeruum tuum d gladio Goliad mali
gno peſſimo ydolatra de poteſtate diabo
li eripe me.
Et erue de manu filiorum alienorũ
qui filij eccľie non ſunt quoꝝ os locutũ
eſt vanitatem.ſcilicet q in terrenis conſi
ſteret noſtra beatitudo et opera eoruz
opera iniquitatis.
¶ Propheta ea in quibus mali felicitatẽ
ponunt enumerans ait. Quorum filij
incolumes ſunt ſicut noue plantatões
in iuuentute ſuã. Filie eoruz compo
ſite et ornate in capite ⁊ in corpore au
ro et ſericis.ſicut ornatur templũ.
¶ Promptuaria et cellaria eorum
vbi reponũtur victualia plena grano vi
no et oleo ⁊ huiuſmodi ſupereffunden
tia ex hoc in illud Oues eoꝝ fetoſe ple
ne fetibus abundãtes in egreſſibus
ſuis boues eorum craſſe.
¶ Non eſt ruina non dico in muris ci
uitatis.ſed nec ſepis non eſt tranſitus
nec egreſſus vnde poſſint fugere qui de
tinentur captiui.non eſt tumultus.nõ vlu
latus non clamor in plateis eorum.
ſed quies ⁊ pax.
Qui neſcientes ⁊ cupiditate terrenoruz ex
cecati Beatum dixerũt populum cui
hec ſunt putantes in huiuſmodi tempo
ralibus bonis ꝯſiſtere felicitatem noſtraz
ſed iſti grauiter errant quoniaz ille ſolus
populus beatuſ eſt cuius eſt domi
nus deus eius beatitudo ſua et eterna
felicitas.

¶ Pſalm⁹. CXLIIII.i quo monet
ad laudem dei.
¶ Propheta in perſona eccľie lau
dem premittens deo ait.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Exaltabo te deus
meus rex ꝯfitendo ⁊ p̄dicando
alijs dignitatē tuam et benedi
cam nomini tuo benedictiōe laudis ⁊
grãꝝ actionis in ſeculū. ſcʒ hic et in ſe
culum. ſcʒ in eternū. qui eīʒ hic nō incipit
te laudare in futuro mutus erit.
Benedicā dico hic in vita mea non ſemel.
ſed Per ſinglos dies benedicā tibi
qꝛ ſingulis bonis tuis bñficijs viuimus et
laudabo nomē tuū in ſeculū ſeculi
inceſſanter tibi grãs agendo.
Merito laudandꝰ eſt deus. qꝛ Magnꝰ
dominus magnus in eſſentia. magnꝰ in
virtute. magnus in potentia et laudabil̓
valde in opibus ſuis et in bñficijs q̄ con-
fert ſuis fidelibꝰ. qꝛ magnitudinis eiꝰ
nō eſt finis eſt eiʒ incōpꝛehenſibil̓ cogita
tione. vñ qꝛ magnꝰ eſt ſine fine laudabil̓ eſt
ſine fine. Non ſolū ego laudabo.
ſed omis Generatio laudabit opera
tua. vtpote altitudinē celi. pfunditatē ab-
iſſi. ſtellaꝝ multitudinē. terre altitudinē. re
fluxum aquaꝝ. impetū ventoꝝ. ſapientiaʒ
hominū. ſimplicitatē angeloꝝ. et poten-
tiam tuā. pnunciabūt dicentes q̄ʒ ma-
gna potentia dei ſolꝰ.
Magnificentiā gl̓ie tue miniſtri elo-
quioꝝ tuoꝝ loquentur p̄dicando et lau
dando et magnificentiā ſanctitatis
tue etiam loquētur dicētes. nō eſt ſan-
ctus vt eſt dñs et mirabilia q̄ ſup naturā
operaris narrabūt dicentes. mirabilia
opa altiſſimi ſolius. Ceteꝝ. Uirtuteʒ
terribilium iudicioꝝ tuoꝝ metuēdoꝝ
quibꝰ impios punis dicent et magnitu
dinem tuā cuiꝰ non eſt finis narrabūt
narrabūt aūt cum talē eſſe laudabūt.
Preterea Memoriā abundãtie ſua
uitatis tue qua vocaſti eos ad tuā grãʒ
deuoto corde pferent et narrabūt et iu-
ſticia vel quā eis infundis ad iuſtificatōʒ
vel qua ſcd̄m merita eis tribuis beatitu-
nis gl̓iam exultabunt.
Laudabūt ſanctitatē et potentiā dei. ⁊ dig-
num eſt. qꝛ Miſeratoꝛ eſt actu miſcdiaʒ
exhibendo et miſericoꝛs natura in ſeip-
ſo a quo fluit miſeratio. Patiens expectan
do. tolerando pctōꝛes vt ꝯuertant et mul
tum miſericoꝛs peccata q̄ntūcūqʒ ma
gna: q̄ntūcunqʒ multa ꝯdonando vere pe
nitentibꝰ. multū miſericoꝛs eſt largiendo
tam ineffabilē mercedē ſuis fidelibꝰ.
Miſicoꝛs dico imo generalit̓ Suauis ē
dominus vniuerſis quia omibꝰ crea-
turis dat eſſe quod eſt deſideratiſſimū ħm
ſe vniuerſa ſuauiter diſponit. ſuauis maxi
me bonis guſtantibꝰ q̄ʒ ſuauis ē dominꝰ
et miſerationes eius ſuper omnia
bona eius diffuſio eni bonitatis eius ſu
per omnē ſpargitur creature vultum. faci
ens ſolē ſuū oꝛiri ſup bonos ⁊ malos. vnd̓
quidq̄d creauit ppꝛia miſeratōe gubernat
et regit. Ergo Laudent te domi
ne omnia opera ſcd̄m modum ſuū per
ſe ſi ſunt creature rationales. ſi ratione ca-
rent ſua vtilitate. ſua pulcritudine dando
materiā laudis laudantibꝰ te et ſancti
tui ſcʒ ⁊ homīes et angeli tuam laudem
concelebꝛent.
Laudent te dico dicētes et p̄dicantes Glo
riam regni tui. ſcʒ q̄ʒ notanter q̄ʒ ſapien
ter et q̄ʒ mirabilr̓ quidq̄d facis ī regno tuo
et diſponis et potentiam tuam q̄ ma-
gna eſt qua regis et oꝛdinas ſuperio-
ra et inferioꝛa et omnia in eis contenta lo
quentur. Loquent̄ dico ad hoc
vtiqʒ Ut notam faciant filijs homi-
num potentiā tuam ne per ignoꝛantiā
minꝰ te timeant vl̓ diligant ſerui tui. et glo
riam magnificētie regni tui quod id
eſt q̄ʒ gl̓ioſum ⁊ magnificū eſt regnū tuū.
De cuiꝰ regni magnitudīe ⁊ ſtabilitate
ait. Regnum tuū regnū oīm ſecl̓oꝝ
quia regni tui nō erit finis. omia eiʒ ſecula
regni tui dominatōne voluūtur et domi
natio tua in omni generatiōe et ge
neratione qꝛ poteſtas tua ptās eterna.
et regnū tuū q̄d non coꝛrūpet.
Et ipſe dñs eſt laudãdus. qꝛ Fidelis eſt ī
omibus verbis ſuis omīa eni que per
pphetas locutus eſt adimpleuit ⁊ quidq̄d
pmiſit dedit: et ſanctus. i. irrep̄henſibilis

i oibus operibus licȝ videat a multis
quedaȝ iniuſte diſponere.
Certe dñs ſanctus eſt in opibus ſuis. quia
Alleuat omnes qui corruūt in pecca-
tum et alleuari deſiderant ne in eterna rui-
na mergant. et erigit oēs eliſos ſanādo
eos leſos ſi penitere velint. hic enim eſt ſa-
maritan⁹ qui alligauit vulnera ſauciati.
¶ Quia enī tu domine es qui alleuas cor-
ruentes ⁊ erigiſ eliſos. Oculi omniū in
te ſperant. et tu das eſcam illoꝝ ſiue
ſpiritualē ſiue corpalē non tamē ſemp q̄n-
do petitur ſed q̄ñ tu ſapiens medic⁹ cogno
ueris eſſe tempus oportunū.
¶ Das eſcam dico ⁊ liberaliter quoniam
Aperis manū benignitatis tue lar-
ge diſpēſando bñficia tua et iples omne
anial capax benedictōe ꝯueniēti. ex tua
enim largitate eſt quidq̄d bñdictionis aſſe
quit anīa vniuſcuiuſq̄ȝ fidelis.
Conſeq̄nter pp̄ha laudans deū de iuſticia
ait. Iuſtus eſt etiā dominus. i. nō ſolū
liberalis eſt in puidendo ſȝ etiam iuſtus in
diſponendo. iuſtus eſt in oibus diſpo-
ſitionib⁹ et voluntatib⁹ ſuis cū ipe ſit
regula iuſticie ⁊ veritatis. et ſanctus nō
ſolū in ſe ſed etiam vult q̄ nos qui ſumus
opera eius ſancti efficiamur dicens. ſancti
eſtote quoniā ego ſanctus ſum.
¶ Bene apparet q̄ dñs ⁊ iuſtus ⁊ ſanctus
ſit. quoniā Prope eſt propicius eſt om-
nibus inuocantib⁹ eum in veritate.
Inuocare deuȝ in veritate eſt pia ⁊ imma-
culata intentōe cauſa ſalutis aīme ad do-
minū clamare.
Et vere ppe eſt dñs. quia Voluntatē ti-
mentiū ſe timore filiali qui eſt annexus
charitati faciet. id eſt. complebit. ⁊ ſi illi ta-
ceant. et deprecatōem eoꝝ ſi ſit pia ⁊ p-
ſe ⁊ perſeuerans exaudiet et ſaluos fa-
ciet eterna ſalute in nouiſſimo.
¶ Oſtendēs quomodo ſit iuſtus de⁹ in
bonos et in malos ait. Cuſtodit domi⁹
omēs diligentes ſe tanq̄ȝ grana ī hor-
reo. et gemmas in auro cuiuſmodi ſūt hij
qui dilectōem dei mūdanis dilectōib⁹ ptu-
lerunt et omnes pctōres diſperdet.

qui amori dei obſtinata voluntate ſeculi
amorem anteponunt.
¶ Et quia omnia ita ſe habent. Laudatō-
nem domini loquetur os meum eui-
denter predicando et cantando. ⁊ exemplo
meo benedicat ois caro. i. omnes fide-
les ⁊ ſerui. pueri ⁊ ſenes. omnes quidē lau-
dare benedicere extollere atq̄ȝ predicare de-
bemus per quem viuim⁹. per quē alimur
ac ſumus nomini ſancto eius et hoc
in preſenti et in futuro.

¶ Pſalmus. CXLV. in quo monȝ
ad laudem dei.
¶ Vir iuſtus exhortans ſe ad lau-
dandū deum ait.

Lauda anīa mea
l dominū cui anima reſpondēs
ait laudabo dominū in vita
mea. hic quemadmodū potero ſcȝ tenui-
ter ⁊ exiliter quia peccatis premor. ſȝ pfecte
laudabo cū ei perfecte inheſero in vita eter-
na que eſt vera vita et pſallā deo meo
opando omnia ad honorē eius quaȝdiu
fuero. ¶ Et q2 laudari bñ deus non pōt
niſi ponendo ſpem in ipo ſolo ait. Nolite
confidere in principib⁹ ſpem ponēdo
in eis quanq̄ȝ ſint potentes. nolite ꝯfidere
in impatore. nō in regibus. nō in pfectis. n̄
in iudicibus ſeculi. nᶜ in filijs hominū
qui amare tempalia ſuadent. qui ſeipſos
ſaluare nō poſſunt nec alios.
¶ Bñ dico q̄ ī nullo taliū eſt ſalus. q̄niā
Exibit ſpūs eius de ſuo corpe cito vl' ſibi
to quando nō vult vl' ſcit. quo ſpiritu exeū-
te corpus reuertetur in terram ſuam
vnde cepit originē ȝ in die illa moris ſue
peribunt omnes cogitatiōes eorūȝ
que in diuerſos ambitus ſeculi ſe extende-
bant. ¶ Propheta ꝯſequenter oſten-
dens de quo ſit pnci paliter confitendū ait.
Beatus cuius deus quē coluit Jacob
eſt adiutor eius. et ſpes eius nō in pn-
cipibus. non in filijs hoim. non in diuitijs
ſeculi. ſȝ ī domino ſuo qui fecit celum
et terrā et omnia que in eis ſunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf